

MEMORIAE
VIRI
MAGNIFICI ET GENEROSI,
DOMINI
**IOANNIS
BAVMGARTII**

BVRGGGRABII REGII, AC PRAECONSVLIS IN
PATRIA VRBE THORVNENSI
GRAVISSIMI,

ITEMQVE

IVDICII TERRESTRIS NOBILIT.
CVLMENSIS ASSESSORIS
SPLENDIDISSIIMI,
HEREDITARII LIPNICII

E VIVIS DIE XIX FEBR. A. c^{ccc}XIX.
SVBLATI

INTER FVNERIS SOLENNIA
AD AEDEM B. MAR. VIRG. DOM. INVOCAVIT
CELEBRATA
TRISTE DEBITVMQVE MONVMENTVM
OBSERVANTIAE AC DOLORIS TESTANDI CAVSA
ERIGEBANT

RECTOR ac PROFESSORES GYMN.
THOR.



THORUNII
Impressit Iohann Nicolai NOBIL. SENAT. & GYMN. Typographus.



One lyram, querulumque doce iam tollere
Musa

Lessim! Nam Thornac gloria magna ca-
dit.

Doctrinæ pretiosa domus, pars pulchra Se-
natus

BAVMGART, progenies stemmatis ampla sui.

Curia, clara domus, cives Patre patria docto est
Auctore Historiae despoliata suae.

Quem varia arte gravem divina scientia finxit,
Et Charites donis excoluere suis.

Cui Latius Graiusque tumens sua sacra reclusit,
Quem nescire nihil iusta Themis voluit.

Quo pacto ingenii ductu, vigilique labore
Hauferat, orbem quid docta caterva docet.

Lustravit doctis illustres civibus urbes

Atque quid egregii cultior orbis habet.

Nunc adiit Batavos, antiqua laude coruscos
Hem! studii inter eos augmina quanta capit?

Nunc Gallos, gentem cultu linguaque decoram
Regis & excelsi splendida tecta videt.

Non gressu celericeu transfuga permeat illa
Doctrinæ & cultus vasta theatra soli.

Neve fuit satis huic muros & templa videre,
Sed placuit mores & bona nosse loci.

Ac audire viros pro conditione nitentes
Cum fructu excelsae discere mentis opes.

Crederet ut dubiis rerum experientia felix
Casibus & fieret doctior & melior.

Tantis enituit cumulis, quos pectore plenus
Eloquioque gravis contulit in patriam.

Vnde sua haec illi tam promptus dona probavit,
Consiliis dandis cautus & acer erat.

Scu

Seu patriae iusta res dexteritate regenda
Seu pellenda fide rite ruina fuit.
Stans in navigio damni pariterque salutis
Prudenti curis invigilavit ope.
Iamque quidem nasci mortales cerris ubique
Qui meritis possunt commoda ferre suis.
At qui communem norunt fulcire salutem
Arte vel ingenio mittere lova solet.
His similis quisquam toto vix nascitur aevi
Par sustentandis omnibus usque bonis.
Hinc nisi me ratio fallit, perpende ruinam
Tanta clade gravem chara Thoruna tuam.
Dic, Pater ex alto tandem miserere malorum
Queis mentes timidas discriuciare soles.
Fallimur? an nunquam poterit se emergere damnis
Urbs afflita suis, ni iubet ipse DEVS?
Ille nisi mittit divino robore plenos,
Qui pietate iuvant, dexteritate, fide?
Finge ruum et tumulo, quo condis, verba loquentem:
O mea pulchra quies chara Thoruna, Vale!
Qui tua non potui prorsus describere fata,
Seu mea coepia vide, seu mea fata lege.
Sis decus aeternum! tamen & nati memor eius
Qui memor usque tuae laudis ubique fuit.
Qui fueram totus vivus Tibi mente dicatus,
Hem mea nunc teneas molliter ossa. Vale!

Magnif. Patroni, Fautorisque
optimi manes his prosequitur,
venerari cum dolore nun-
quam desinet

Pet. Iaenichius.

ad manus seu dem Brunn Liberius hoc Germanus

MAH hilfft het kläglich thun mit halb gebrochenen Her-
zen/
Des Himmels strengen Schluß verzaget anzu-
sehn.

Durch Klagen häufft man nur die Menge solcher Schmerzen/
Man heint die schnelle Fluth weit ehr durch stilles stehn.
Betrübtes Thorn! dich quält ja mehr als eine Plage
Die dir so äusserlich als innerlich bewust
Von neuen lästs sichs an zum Nebel-vollen Tage
Wenn du die Väter noch daben verlieren must.
Dein Baumgart wird dir zwar zu früh zum Grab geführet/
Ein Mann/ in dem Verstand vergnügte Wohnung hielet/
Den Witz und Wissenschaft mit vollen Glanz gezieret
Sodaz ikt den Verlust/ Stadt/ Haus und Nahthaus
fühlt.

Jedoch/ erschrecktes Thorn! der Himmel wil zwar dräuen/
Als wärestu das Ziel worauff sein Wetter blixt.
Getrost! Es kan auch der den sanftesten Regen streuen
Der dich im Ungemach und Noth bisher geschützt.
Frau Wittwe/ Freund und Sohn/ schlüxt bey den Finster-
nissen/
So Euer Haß beziehn/ nicht ganz die Augen zu.
Der/ dem Ihr schuldig habt in Angst gehorchen müssen
Hat/ glaubt mir/ schon vor Euch bestellt die Seelen Ruh!

G. P. Schulz D.

PLangite Primores Urbis Procerumque corona,
Namque obiit vestro ex ordine primus honos,
Curia lugeto, Vir longo clarus ab usu
Discessit, Magnus judicioque Gravis.
Qui potuit multum prodesse, juvareque multum
Ah! Cives, minitans hunc Libitina rapit.

Incedit

Incedit tardo vigilans prudentia gressu,
Quæ mala consiliis tollit acerba bonis,
Burggrabi hæc nostri, lacrymis, pia fata, subortis
Prosequitur, prodens corde gemente sonos.
Non dubito, quin laus sua sit volitura per ora,
Queis cordi est charitum gloria, Fama, decus.
Hinc si plura meis encomia clausero mettis,
Me dixisse minus, nec satis apta putem.
Unde Tuos satius mihi sit cognoscere luctus,
Funera qui Patris credis acerba Tui;
Quod Tibi materiam lugendi suggerat amplam
Casus, quo vix dum tristior esse potest.
Cordolum hoc, tristis mihi defert nuncius ille,
Qui fert supremum Patrem obiisse diem,
Patrem, qui tenus hac fuerat pars optima cordis
Dulce decus, vitæ præsidiumq; meæ.
Sic ais; at frustra! nequeunt ablata reponi,
Despicit humanas ferrea Parca preces.
Quem luges, mundi spatiis sublimior annos
Calcat; & hoc ipsum Te lacrymare vctat.
Tu modo quas Thoruna Patrum per secla Tuorum
Virtutes celebrat, sis memor, esse Tuas.

lug. app.

R. F. Bornmannus P. O.

MORS IMMATVRA CONSVLARI VIRO
NON POTEST ACCIDERE.

Cicero Orat. IV. in Catil. c. 2.

* * *

Qui, non tam gratia aliena, quam merito suo,
Per gradus honorum, summa privati hominis fastigia
Conscendit, tenuit, implevit,
Ipse plenus annis, plenus gloria,

Prz-

Pz-Cos. & Burggravius,
IOANNES BAVMGART.

Iam partem sui, quæ oculis cernitur, depositum.

Nec vitam finiit, sed mortalitatem.

Vel, si amissionem illam, mortem dixeris;

Ingloria tamen, & immatura dicenda non est,

Quia cursum ad gloriam non interrupit immaturum.

Perfecit is, quo in Republ. nostra nihil perfectius;

Absolvit, quo nihil absolutius.

Lacrymas proinde cohibete, hac morte afflitti,

Ne videamini mortem deflere immaturam.

Evidem, cui conjugi bonæ,

Bonus non moritur immaturum maritus?

Cui filio parens, qui pietatis fuit totus?

Interim, in publico, si quid est solatii, honore,

Privatum vestrum sanate dolorem.

Ceteri mortales,

Qui eundem cursum, eundem terminum vobis statuitis,

Et factis, & meritis providete:

Ne vos mors, sed vos mortem deprehendatis,

Neque ingloriam, neque immaturam

Ex subito pietatis calore p.

Joannes Arnd. P. P. O.

Mo Gentner schwere Last ist mit dem Regiment verbunden.
Wo nichts als Streit und Zank und lauter Wiederwär-

tigkeit

Von Tag zu Tag sich mehrt/ ja wo die Noht fast alle Stunden

Als wie ein Fluss ausschwollt/ von dem man sich in kurzer Zeit

Nichts als nur Ungemach und Untergang hat zu versehen;

Da hier ein Haus und dort ein Mensch mit Grauß zu Grun-

de geht/

Und andre voller Furcht an dessen hohen Ufern stehen;

Da sonst kein Mittel ist/ als dass man jammert seufzt und fleht.

Und wartet bis der Sturm und solche Wellen sich verlieren:

Wenn es alsdenn noch nicht mit keiner Zeit sich bessern wil/

Und keine Sorge hilft/ ja keine Befrung ist zu spüren;

Geschicht dem treslich wohl/ den Gott wegföhrt in jene Still/

Wo Ruh u. Freude wohnt/ wo aller Krieg und Zank muss weichen;

Wo alle Last und Noht sich nur in Frölichkeit verkehrt;

Wo

Wo Hass und bitterer Neid muß bey der liebes Sonn verbleichen :
Hingegen Wonn und Lust sich stets in Ewigkeit vermehrt/
Da Gott den gringen Knecht/ der über wenig treu gewesen/
Nach dieser trüben Zeit zu einem andern Regiment
Auff einem höhern Thron ausz Gütekeit hat außerlesen;
Wo uns von unsern Gott kein Feind noch anders Unglück trent.
Wohldem! der in der Zeit nach Christi Rath und treuen Lehren
Ihm hier von Herzen dient/ und alles Unrecht meidt und flieht ;
Der kan hernach mit Lust den Freuden-Ruf und Stimme hören/
Komm in mein Reich/ und bleib/ wo ewig Lust und Wonne blüht.

Johann Friedrich Bachstrohm. P.P. Extr.

Q Vis, MAGNE CONSVL, TE rapit impetus,
BAVMGARTE ! quo TE provehit aurea
Virtus quadrigis incitatis,
O decus & columen Thoruni !
Cur TE supernis civibus inferis,
Artusque misces sideribus Tuos ?
Quin flecte habenas, ad penates
Fac redeas vacuam per auram.
Fidam reflexo lumine CONIVGEM,
NATVMQUE Patris respice imaginem :
Polona TE tellus requirit,
TE revocat quoque REGIS aula.
Disjecta cernis serta virentia,
Et plectra vatum ? Insigne Thorunium,
TE Vistula, & lugent sorores
Pierides, citharis rejectis.
Per TE SENATVS fulserat inclytus,
Astraea per TE vixerat integra :
Per TE perennabant Camoeniae,
Stemmata Nobilium, & triumphi.
Quin parce coeli scandere regiam,
Laetusque svetis utere honoribus :
Descende, nec nostro revisas
Concilium superum periclo.
Spernet vocari flebilibus modis
HEROS TOGATUS, ducitur altius,
Palmisque lauruque impeditus,
Astra supra niveosque montes.
Hic ille claro lumine conspicit
Titana verti, hic ridet adreas,
Ludosque Martis, tum Voluptam,
Sceptra simul trabeasque temnit.
At luctus ingens triste Thorunium,
Raptos honores atque decus gemens,
Nunc occupat, pulloque cinctum
Syrmate, funerea & rupresso
Manes beatos prosequitur, cepletque
Immensum amaris aethera questibus :
BAUMGARTIUM quid fata prensant,
Stamina quid properant sorores ?

Magnis

Magnis amicus Principibus, probe
Versatus orbe, & clarior omnibus
In disciplinis, Curiaque
Dignus erat residere nostra.
Divae sacerdos qui Themidis fuit,
Artis magister rarus Heraldicae,
Qui gesta regnorum, vetustas
Qui poterat referare gentes:
Cuius labellis ambrosium decus
Svadae, & Sophie tota refederat:
Vitruvium quive architectum.
Et poterat superare Apellem:
Hunc urna tristis contegit abditum,
Hujusque duro gloria marmori
Insculpta (ni Clio vetabit)
Evanidas comitatur umbras.
Aeterna quondam Roma CATONIBUS,
VARRONE docto, & FABRITIO fuit
Felix, ARISTIDEQUE Athenae,
Numina quae coulit vetustas:
Majora nos amisimus, inclytum
Quando aura nobis ocyor abstulit
Et consulem, & Pindi Patronum,
Pectore bibliotheca cuius
Spirans latebat, Quid juvat improbo
Sudore virtus parta, quid artibus
Ornasse mentem, si maligna
Falce metit Lybitina claros?
Ni celsa nobis forte superstites
Servent potenter Numina CONSULES:
Visenda mox horto Thoruni
Pernicies foret ac ruina.

AT Magne nostras qui DEUS adspicis
Clades perenni lumine, finibus
Idemque certis ire nostra
Fata jubes: moderare luctum
BAUMGARTIANÆ MATRIS, & optimi
NATI, dolentis patria funera;
Dum REGIAS Musas decenter
Monte Borussiaco frequentat.
Hac prole salva MATER amabilis
Durum dolorem pectore comprimet:
Haec quercus invicta, & columna
Gentis erit celebris. Faveto
Votis precique, quam Tibi nuncupat
Afflita Mater pro sobole unica:
Virtus Mariti quo renascens
Fructibus ingenuis virescat.
Fac Fama surgat, funereae facis
Adusque victrix: Si cineres tegit
Moles sepulcri, at celsa virtus
Orbe diu memori volabit.

SIC fatur alta voce Thorunium:
Vt Nympha tristi VISTULA murmure,
Tantis per emergens ab undis,
SIT TIBI TERRA LEVIS, precatur.

Literatissimo literatorum Patrone L. M. Q. F.
IAC. ZABLERVS, Pannon P.P. Extr.

Inv. M 3029

K. H. 3. all. 90